Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tragoediae - Cod. Ettenheim-Münster 27

Seneca, Lucius Annaeus

Basel, [15. Jahrh.]

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-103078

Visual Library

Inuidet alacri Virtutibus emula semper
Ars Nouercali temtat ubique dolos

In prima tragedia Senece cuius materia est furia herculis sunt quinque actus. Primus est querimonia iunonis de hercule. Secundus est de lico megeram destitutam persequente ibi o magne. Tercius est reuersio herculis ab inferno et incipit ibi o lucis. Quartus de furia herculis qui incipit ibi ultrix. Quintus est de reuersione herculis in seipsum ibi quis hic locus. Notandum quod hercules preter alias uxores duxerat megeram de qua habuit plures filios. Hercule autem existente in inferno licus quem quondam hercules in exilium egerat cepit et regem creontem patrem megere interfecit et fratres ipsius et ipsam megeram petiit coniugem quam cum filiis disposuit occidere. Hercules autem ueniens ab inferno dum post sacrificium oraret uenit ei in furiam in qua tam filios quam uxorem occidit. Super quo ad se reuersus inconsolabiliter doluit. Ex dictis patent huius tragedie quatuor cause. Materialis est furia herculis in qua interficit filios et uxorem. Causa efficiens seneca. Formalis consistit in modo scribendi. Finalis delectatio audientis. Scribitur hoc tamen metro archilocico trimetro iambico.

Soror tonantis (hoc enim solum
mihi Nomen
relictum est)
semper alienum
Iouem Ac templa
summi uidua
deserui etheris
Locumque celo pulsa pellicibus dedi.
Tellus colenda est; pellices celum tenent.
Hinc arthos alta parte glacialis poli
Sublime classes sydus argolicas agit
Hinc qua tepenti uere laxatur dies
Thirie per undas uector europe nitet
Illinc timendum ratibus ac ponto gregem
Passim uagantes exerunt athalantides
Fera coma hinc exterret orion deos
Suasque perseus aureas stellas habet
Hinc clara gemini tintaride micant
Quibusque natis mobilis tellus stetit
Nec ipse tantum bachus aut bachi parens
Adire superos; Ne qua pars probro uacet
Mundus puellae serta gnosiace gerit
Sed uetera sero querimur; una me dira ac fera

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST